



36.

37

Q. D. B. V.

DISSERTATIO MEDICA
DE
SALSORVM
NATVRA, VSV ET ABVSV,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIP E AC DOMINO
GVILIELMO HENRICO,
DVCE SAXONIÆ, IULIA CI, CLIVIÆ AC MONTIVM,
ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, &c. &c.
PRÆSIDE
GEORGIO VVOLFFGANGO
VVEDELIO,

HÆREDITARIO in Schwarza/
MEDICINÆ DOCTORE, COMITE PALATINO CÆSAREO,
CNSILIARIO ET ARCHIATRO DVCALI
SAXONICO,
THEORETICES PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO,
Patrono ac Preceptor e summo obseruantie & honoris Cultu
ad cineres usque deuenerando,
publicæ Philiatrorum ventilationi exposita

CHRISTOPH. LVDOV. WILHELMI,
Rohra-Hennebergensi,
IN AUDITORIO MEDICO,
Horis confuetis,
A.D. Novembris MDCC II.

IENÆ, Litteris CHRISTOPH. KREBSII.



Dissertatio Medico

ALBOLAM

NATURALIS ET HISTORICA

GEORGII MAGNIFICISSIMO

CAUILLIUS HENRICO

SCHE SAXONICARUM MEDICO CONFIRMATIO

ANGUSTIA ET TERRITORES

GEORGIO AOLFEGANGO

HERDE

HERBARIO IN GERMANY

MEDICINA DOCTORI COMITE PULITANO CAVAREO

CONSILARIO ET ARCHIATRO DACRY

SACRAZIO SAMONICO

THEATRUS BOTANICUS PLACO OPINARIO

PLACO PLACO PLACO PLACO PLACO PLACO

CHRISTOPH LAPO MHELM

ROBERTUS HERBARIUS

IN HERBARIO MEDICO

CHRISTOPH MHELM

CHRISTOPH KREBSI

PRAEFAMEN.

Maxima salium est latitudo, & actiuitas, quæ & alii sapidis foenerant suas vires, & seorsim attendi merentur, in culina, in mensis, in officina, in arte medica vniuersa.

Genera saporum septem fere assignantur ab iis, qui salsum cum amaro eundem statuunt: ast si secernatur, octauum hunc esse necessum est, si *Theophrastum* audiamus l. 6. de *tauf. plant.* c. 4. p. m. 356. qui numerum septenarium principalem & naturæ familiarissimum pro ratione laudat.

Operæ pretium est, illa ab eodem mutuari, quippe dulcis, pinguis, amarus, austerus, acris, acidus, acerbisque enumerantur, additur vero & salsus octauus, ne plura iam laudemus, & quidem maximo suo merito.

Enimuero, si affinitatem & symbolisnum reputemus illorum, omnino conueniunt pariter inter se, imo longe magis symbolisant, dulcis & oleosus, austerus & acerbis, quam salsus & amarus, non vnu horum etiam de acris participat.

Cum ergo notionem sui specialem offerat salsus, & apud medicos non minus, quam communi consensu etiam vulgi separatim occurrat, nominetur, & in censem veniat, longe rectius etiam de eodem agivideatur.

Visis hinc reliquis, & hunc scrutinio ac disquisitioni nostra subiiciendum duximus, non vno arguento, ac utilitate induci, siquidem ideae ac genera eadem sunt.

Licet vero cum salis ipsius strictius dicti, communis ac culinaris, notione ac visibus conuenire videatur; plures tamen sub se complectitur species ac modos. Hoc opus dum aggredimur, diuinum precamur Numen, ut faustiter omnia cedant!

CAPVT I.

DE

Salorum Naturæ.

NEruose diuinus Plato ἀλῶν, inquit, καὶ νόμος θεοφιλεῖς σώμα ἐγένετο, *Salum corpus lege Deo gratum esse afferit.* Id ut explicari ex sacrificiorum cumprimis usu integrum est, ita applicari non incommode potest ad amplissimum ambitum mixtorum, a Deo O. M. elegantissime conditorum.

Si NOMENCLATVRAM dimittere nolimus, vt fas est & illam delibare, salsa sine dubio dicuntur a sale, & hoc λόθιον αλός, a mari. Mare enim salsum est, fons & scatuligo salis inexhausta. Et hinc etiam nomen τὸν καλγάριον ἄλων, appellatarum *Halarum*, quarum non paucæ etiam diuina benignitate obtigere Germanis terris. Gratum hinc oportet Deo esse, quod hoc dono misellos homunciones tam gratiosissime beat.

Græcis e fontibus τὸν ἄλυρα seu ἄλυρον, vt & τὸν αλικαδι audijunt, eadem deriuatione. Par ratio est, quando salsuginosa, vel subsalsa quoque, ad gradum innuendum, vocitantur.

Non vna vero acceptione exprimuntur & audiunt salsa. Enimvero latissimo ac generalissimo significatu sunt & dici possunt salsa, quæcunque de salis foetura participant, seu salino principio in genere foeta sunt. Hoc nomine, quamvis paulo αὐτίκεως, improprie, ipsa quoque acida, acerba, austera, acria signari possunt, vel omnia potius sapida, quæ salino principio suam originem debent.

Latius porro hoc nomine venire queunt & debent acidis contraria plane & opposita alcalia, & alcalica, lixiuæ, elixi-

DE SALSORVM NATVRA, VSV ET ABVS.

3

elixiuiata, cum acido in conflictum & effervescentiam citari solita, tam fixa, quam volatilia, quod ignem non sustineant, imo nec aerem æque, dicta; nam & hæc salia reuera sunt & hoc titulo veniunt. Sub nitri olim nomine *Theophrasto* illa erant nota, ab incineratione ex ipsis enati: hodie rectius scapham scapham, ouum ouum nominamus.

Striñus vero & καὶ ἔξοχῶν, propriissime, salsa sunt & dicuntur, quæ ex acido & alcali coaluere, inter utrumque media. Vulgo enixa a chimicis, minus licet classico vocabulo, dicuntur, q. d. ex duorum contrariorum concursu enata, vt in sequentibus paulo post dicemus.

Non inconsultum tamen fuerit, sub salsorum notione paulo latius, ad exhaustendum ambitum, vtraque comprehendere, & alcalia illa, quæ, acidis addita, eadem eneruando in salsorum classem redigunt, & illorum ope ac misella ad hunc censum relata, acidis vtraque & illis symbolicis, contradistincta.

Horum considerationi ergo si inhæreamus, optimum fuerit distinctiones ac differentias, ad melius explorandam ac succinietius salsorum naturam, lustrare. Et hæc enim,

i. Alia sunt e regno vegetabili, indeque partim denominated, partim deprompta. Notus est in primis halimus, a sale nuncupatus, atriplex item salsum, de quo sub soute nelle nomine tractatulum edidit *Vormius*, & herba ipsa kali, salsuginoso sapore prædicta. Dantur hinc quædam plantæ salsuginosæ, certo respectu dictæ.

Enim uero & de hoc optime egit & fusius *Theophrastus I.* cit. c. 14. p. m. 366. f. Res illuc redit, in plantis nullum salsum saporem offerri, eo modo, vt acidus, amarus, acerbus, expresse talem; duplice tamen ratione conceditur huic ipsi quoque regno suum sal, neque id immerito. Prima de sumpta est ab inhærendi modo; salsugo enim per summa seu superficiem magis inhærere & confistere videtur.

A 3

phi-

Φαίνεται ἡ ἀληφή ὡς θάλως θάπολαζην. Videtur vero falsus-
go per summa consistere omnino.

Neque enim ita perfecta est, citra quandam immuta-
tionem, ut statim sua sit, veluti dicta reliqua saporum gene-
ra, eiusdem tamen vestigia manifesta exhibet. Sic, præ-
ter dicta, crithmum, teste Dioscoride l. 2. c. 157. foliis gaudet
pinguibus, numerosis, albanticibus, veluti portulacea, lati-
oribus & longioribus, αἴλινοις τεσσεράς την γένοντι, salicinio,
Idem aliis crithmi generibus familiare est, vnde & crith-
mum IV. Matthioli arvense illud, gusto falsuginoso per-
cipitur atque amariuscum, quamquam non adeo vehementi.
Idem de ciceribus affirmat Theophrastus, ne alia laudemus
plura.

Altera per mechanicam patet: habent enim vegetabi-
lia falsilaginem in recessu, alia magis, alia minis. Magis,
quæ sunt sapida, & inter hæc amaricantis: falsus enim &
amarus sapor affinis perquam est, & symbolicus; exemplo
absinthii, centaurii minoris, & aliorum. Medio modo ole-
racea, vt spinachia, & similia, vt in degustatis coctis in-
tingua patet, aliquid nitrosum inesse in recessu; minus in aliis.

In utrisque idem demonstrat ars, seu *Experiments chimica;*
sive via humida procedatur, coquendo, vel succum expro-
mendo, & hinc crystallando, quod in herba kali præci-
pue succedit, ac communiter dictis salibus essentialibus,
quo de vid. Neutranius l. de purp. p. 338. seu via sicca, per
incinerationem, & elixiuilationem, iam tactam, ne dicamus
de ipso sale volatili plantarum hodie in apricam satis lu-
cem locato & cognitissimo. De sale ex incineratione, seu
carbonibus salis, ex quibusdam lignis combustis, loco salis
communis visitati, iam Varro egit l. i. de re rust. c. 7. p. 16.

2. Alia sunt e regno animali deprehendenda, neque
enim illud quoque salis caret, sive statim naturalem spe-
ctemus, seu præternaturalem quoque. Instar omnium est
vrina

DE SALSORVM NATVRA; VSV ET ABVSV.

vrina, liquor salsus, excrementitius, ex sale volatili ab acido
ligato constans, naturæ ammoniacalis.

Sic notus quoque est sudor salsus, lachrymæ salse,
pituita salsa, mucus narium salsus, saliuia salsa, ne de
febribus salsis dicamus. Notus etiam vel ex sacris est fi
mus columbarum salsus, tempore annonæ caritatis magni
æstimatus. Vidimus, ab ischuria vndeclim dierum, retenta
& regurgitante vrina, in facie moribundi concrementa fa
lina, seu sal granulatum, album, sali communi simillimum,
decependum, in cadavere hinc calculis in utroque rene fir
miter velut incuneatis & incarceratis inuentis. Et congruum
hoc est quam maxime naturæ ordini, ut elatietur e corpore
sal superfluum, relicto nihilominus essentiali, ut sic voce
mus quoque. Ex sanguine enim quounque sal volatile
haberi prompte potest, ne de cornibus, de ossibus, de re
liquis animalibus dicamus.

Alia sunt e regno minerali. Et huic velut proprium
est sal, & salsuginosum, vel in eodem magis obuum &
copiosissimum, sibi relictum, το γατως, νυχιας, κατ εζοχου,
primario, principaliter, & eminentius deprehendendum, ut
in aliis regnis immutatum, per communionem ac diffusi
onem quandam.

Instar omnium salsorum est sal commune, aphroni
trum, nitrum, sal ammoniacum, arcanum tartari, tarta
rus vitriolatus, tartarus resolutus, & alia. Quamuis enim
& tartarus si originem spectes, sit ex regno vegetabili; refertur
tamen etiam suo modo ad mineralia, vel quasi, propter analo
giam, & texturam mechanicam, non aliter ac oculi cancro
rum, lapis bezoar, uterque orientalis, ac occidentalis, cal
culi item alii quicunque.

4. Alia sunt nativa, alia arte facta, rudiori, vel subti
liori εγχειριδιον. Illa sunt velut αυτομαται, spontanea, hæc in
digenit aliena obstetricante ope, extranea. Sic nativum
est sal gemmeum, fossile, crystallinum, Indum, Polonis
cum;

cum; arte factum, vt in salinis, vel Halis, vrbibusque hinc dictis pluribus, e suis fontibus seu scaturiginibus, minori vel maiori apparatu, evaporatione sola, vel depuratione prægressa; vt marinum, itidem vel solis calore in suis, vt ita loquar, quasi piscinis, ab alio communis separatum, & siccatum, vel igne quoque.

Sic natuum vel quasi est aphronitrum, apud nos quoque in petris visendum ac colligendum; artificiale nitrum vulgo appellatum. Sic sal ammoniacum aliud natuum, Puteolanum, vel aliunde petitum quoque, minus notum; aliud arte factum, prout apud seplasarios venit, e sale communis, fuligine & vrina vulgo fieri descriptum, in massam redactis & sublimatis.

Hic vero locus est meminisse experimenti, quod ad illustrationem salorum mechanica non parum facit, tam arte factorum, quam consequenter etiam quorumvis aliorum. Si enim spiritui salis ammoniaci v. g. ȝ. affundatur in vitro latioris orificii successive spiritus salis rectificatus, quoque cesser effervescentia, & leniter hinc evaporetur, habetur sal falsum, salis communis æmulum, eique ut ouum ouo simile.

. Alia sunt simpliciora, alia composita magis; siue natum attendamus miscelam, siue artificiosam. Dum salsum, vel sal quoque dico, seu dici audio, etiam sensu chimico, non concipiendum est aliquid simplex, vti elementa sunt, nec principium sic primum, sed principiatum, principio salino prædominante & præcipuo.

Simpliciora sunt, (n.) quæ minus de ingredientibus aliis ad sensum participant, sulphureis, terreis aliisque, quæ reddunt eadem magis composita. Hinc canon velut quidam omnium salorum est sal commune, & quæ hoc exprimunt, & possident purum quasi putum tale, illa dicuntur & dici possunt salsa absolute; reliqua, quæ abeunt ab hac regula saporis & requisitorum idealium, nota racte.

DE SALSORVM NATVRA, VSV ET ABVS.

gacteristica, dici merentur salsa secundum quid. Patet hoc facile, si comparentur ipsamet salsa, quæ salsedinem hinc immediate exhibent, vnde ut diuersæ qualitates, ita etiam diuersa nomina, nitri, salis ammoniaci, & sic porro, indepta sunt.

Simpliciora sunt (2) puriora, & sibi relicta, composita cum aliis mixta, aliam atque aliam, eamque non unam, iisdem fenerantibus qualitatem. Exemplo sit mercurius sublimatus, qui & ipse maximam partem sali communis debet suam mechanicam texturam, & inter salsa, sed non pure, talia numerari potest. Par ratio est aliorum.

6. Salsa alia sunt *liquida*, alia *solida*, & *sicca*, alia quasi media, liquida magis concentrata & saturata. Liquidorum præcipuum est *alum*, *maria*, vt ex nativis mare salsum, vastissimum orbis ambitum occupans, summæ necessitatis & utilitatis argumentum. Salsa ergo liquida, seu fluida, sunt soluta in aqua, pro cuius accessione vel abstractione variant in consistentia, & concrescunt, solidescunt, crystallisantur diuersimode.

Referri hue potest etiam experimentum aliud, velut per accidens & indirecte emergentis salsedini, in tinctura nempe martis tartarizada. Quando enim limatur martis & tartari puluerisat ana recipitur, & affusa aquæ fontanæ s. q. coctio instituitur, pro referando marte, & expromenda tinctura, facta hinc repetitione coctionis cum noua aqua, & exhalatione ad medietatem, liquor tinctus remanens reuera salinum præ se fert saporem. Vid. Roll. chim. in A. F. R. l. 4. s. 1. art. 3. c. 10. p. 218.

Ita enim acidum tartari, dum aggreditur martem, obtunditur, seu saturatur una ab huius sulphure terreo, & textura eiusdem mechanica ad moderationem redigitur, vt non amplius acidulus sapor se exerat, sed salsus inde resultans, quod satis est curiosum. Neque vero sic tam

B

occult-

10. VENIA DISSERTATIO MEDICA

occultum sit manifestum, quam reuera ex mixtione cum marte & alteratione intimiori salium in tartaro gemino sum resultat. Et sic vna virium quoque huius medicamenti ratio repeti potest ac illustrari.

7. Est etiam non leuis differentia, & distinctio τῶν ἀλαζονίων, salium, & salsorum hinc, quod τὸ μᾶλλον καὶ πλέον οὐα-Φέρεται deprehendantur, aliud alio sit præstantius, seu quoad magis & minus differentia. Aliud alio est acrius, purius, συνεργέσεργη, actiuus & efficacius circa operationes desideratas. Idem etiam valet ut de sapore, ita etiam de cando-
re, consistentia, mixtione, alisque, diuersis gradibus a se inuicem distantibus, non solum essentialibus, vt differat sal commune a nitro, a cineribus clauellatis, a sale ammoniaco, ab aliis: sed etiam accidentalibus. Sic omnino etiam inter sal commune, marinum, & hæc iterum pro diuersitate locorum non leuis est differentia. Sic inter sa-
lia alcalia aliud alio est magis terreum, sulphureum, cry-
stallisari aptum, & sic porro.

8. Addi potest & illud, quod alia salsa sint explicite & manifeste talia, primaria, pura, sibi relicta: alia implicite, comitata, cum aliis remixta. Sic differunt quidem inter se cineres & salia, utraque tamen habent in se salsum. Idem suo modo dici potest de aliis, seu acribus, seu amaris, seu aliis, vbi principium salinum eminet, cum aliis partculis iunctum.

Mittimus alia, huc referenda quoque & applicanda facile. His vero præmissis distinctionibus sequens exhiberi potest DEFINITIO salsorum: Salsa sunt qualitas mixtorum actiua & medicamentosa, nec laxans, nec strin-gens, sed abstergens, pro modulo suo polychresta, a salis potissimum medii, hinc & alcalici eminentia oriunda.

GENVS & rationem formalem exprimit qualitas. Confirmat hoc locus insignis Pergameni, l. 4. apobr. comm. 13.
vbi

DE SALSORVM NATVRAT, VSV ET ABVSY.

vbi cum de cibis agit, inter fortes, seu actiuas, qualitates refert & acerbam, & acrem, & salsam, & amaram, quod & alibi edisserit.

Qualitas est, quia a modo hoc texturæ, seu obiecti, a modo sensus, seu subiecti, tale vel tale iudicatur saporis examini oblatum. Qualitas est mixtorum, nominatim ciborum vel medicamentorum, simplicia enim, saltim ad densum talia, vt non aliam odoris, vel saporis notionem, ita nec falsediniis præ se ferunt. Qualitas est actiua, actiui principii, & inter alia magis fere talis, foetura, alterare corpus, eiusque membra & partes apta nata.

Qualitas est medicamentoſa, neque enim, verbis *Gale-*
ni, ſimpliciter cibus talis eſt appellandus, ſed cibus me-
dicamentoſus, adeoque inter diuersa magis, quam ſimilia,
reſpectu corporis, numerandus, vt inſra id libabimus ma-
gis. Reliqua verba DIFFERENTIAM SPECIFICAM
ſuggerunt, ab effectu potiſſimum, ſeu ſenſu potius affi-
ciendi gulfatus organum & texturæ modulo, defumptam.

Sane lingua optimus eſt ſaporum diſtinguendorum
magiſter, & interpres ſolubilium ſapidorum gulfatus, eo-
dem enim arbitrio vnicē tum alia quæcunque obiecta ſa-
pida, tum ſalsa hoc loco cognoscimus, ac ab inuicem di-
fernimus. Ut ut vero pro assignata latitudine ſalforum,
& ſalsuginoforum videatur aliquod diſcriben in examine
hoc ſenſuali emerget; & illud tamen non obſtat, quo mi-
nus eo curatiuſ liceat eadem diſmetiri.

Enīmuero, ſi canonem ſalforum primarium & velut
regalam reliquorum, ſal commune, deguſtemus, laxando
ſubaſtingentem percipiſimus notionem, vt ſenſibus inte-
gris, & ſoluente menſtruо ſenſuali lymphatico integro, ſolu-
to illo, contactu lingua ad palati ſuperiorem contignatio-
nem, vt par eſt, neque enim aliter ſapor exprimitur, e-
merget inde ſapor ſui generis. Non eſt hic laxans &

12 D I S S E R T A T I O M E D I C A
pungens, vt in acribus, non laxans & demulcens, vt in dulcibus, non constipans corrugansque, vt in austoris & acerbis, non laxans & stringens, vt in amaris, sed inter laxandum & stringendum medium.

Affinis hinc quidem præ aliis estimatur amaris, minus tamen his stringit, magis vero paulo laxat, vnde habent in se aliquid velut γλυκύτητα, dulc-amarum, vt sensu, orique & palato assumentis vel degustantis gratiam, illis contra, afferant: vt saliuæ affluat inde magis, & fibræ nerueæ non insuauiter se habeant, sed cum sucoq[ue] ferant oblatum, & tantum non inde delectentur.

Vna vero velut excutia quadam blanda euerruntur, filamenta porosa neruea, vt nudetur quasi inde ac repurgeatur magis linguis superficies, vt tenuitatem quandam temperatam vel restrictam paulo offerant. Nitrosa vero partim sensum quandam frigoris, & respectiue maioris amaritie, ammoniacalia medium inter hæc exhibent, alcalia maiorem paulo acrimoniam: singula tamen pro suo modo, & gustantium discriminé aliquo, sunt abstensiua.

Et hæc licet reuera diuersis figuris particularum consistent, si tamen has inuestigemus penitus, quæ, quales, quantæ sint, consultius sane & in falsis fuerit, illas sali diversimode se habent ac figurato adscribere. Idque tanto magis, quanto magis salia etiam in falsis his sunt magis explicita, pansa, prædominantia, & velut nuda, saltim non ita immutata; sed itidem, instar requisiti reliquorum, miscelam aliarum particularum admittant, & pro illarum diversitate etiam varient.

Et illas quidem mutationes præstant reliqua ex principiis chimicis, actiuis ac passiuis, seu compareate cum aliis considerentur, seu absolute in se magis. Sic in dulcibus acidum cum sulphure libratum primas tenet, in amaris

DE SALSORVM NATVRA, VSV ET ABVSV.

13
maris sulphur & sal alcalicum fixum cum particulis terreis,
in austeriſ acidō-terreum, & ſic porro.

Hæc ſi paulo altius arceſſamus ex ſuis natalibus ori-
ginibus, plurima ſe offerunt dicenda, ſi pro merito illa-
velleimus in præſentiatum tractare. Cum enim ſal ſit pri-
mum ſapidum, & in nullis tam clare & manifeſte, ſeu nu-
de quaſi, & minori ſub velamine, quam in falfis, emicet, ac
ad reliqua omnia ſaporum genera maximum addat pond-
dus, imo velut fontem quendam & principium conſtituat,
omnibus illis lucem ſcenari licet huius conſideratione,
& genuina philoſophia.

Quando ergo velut ab ouo hæc repetimus, vnde fluat
ſaluum ortus, videtur ſane ſal falfum, ſal καὶ ἔξοχω di-
ſtum, velut matrix quædam, vel mater aliorum, mini-
mum magis obuium, & eadem illuſtrans; neque enim in
illo poſſimus ſubſiſtere. Sane ſaluum, cum ſolo quaſi diu-
ſum habens in globo terraqeō imperium, eft talis matrix
ſaluum, ut ibi concenterata & in fonte ſuo videri poſſint,
ſed latius patent ipsomet ſalo.

Enimuero, vel ſale hoc & falſo teſte, Deus Optimus
Maximus, rerum conditor, ſal principium rerum conſtituit
ſapienſiſſimo conſilio: principium, inquam, non prium,
ſed ſecundum, principium materiae, in acidum & alcalicum
diuſum, & ex vtrisque coalitum, ab ortu mundi, ad eius
interitum omnibus mixtis neceſſarium ingrediens mecha-
nicum.

Cumque terra & aqua ſint materia prima, liceat nobis
ſtatuerē, hæc duo quoque, non minus ac omnia mixta ex
triplici regno, ſuo pollere & prædicta eſſe fermento & fe-
mine, eſſe omnis mutationis diuersiſiſtæ illius ſubiecta,
eſſe ſeminalia, & ſeminaria, producendi & multiplicandi
ſal, sulphur & mercurium, partim indefinite & in genere,
partim definite & in ſpecie, ac indiuiduis ſingulis. Ex-

emplo sit nitrum, sal terræ indubitatum, exemplo sal commune, & omnia alia.

Generantur itaque salia, & salsa, a fermento seminali insito, a terra & aqua, menstruo seu soluente omnium salium, obstetricantibus fibi inuicem, obstetricante calore solidis, foci mundi uniuersalis, & ignis subterranei. Seorsim, vero modificantur in regno minerali, seorsim in animali, & ipso vegetabili, ut fructus sit negare hæc principia secunda, & inter haec primum, fundamentale & præcipuum, sal, quod in omnibus reperitur, ut principaliter in minerali, & novissim & specificam diabolorum in reliquis regnis.

Neque tamen plantæ, terræ fetus & incole radicales, exugunt tam & separant sal istud in suam vegetatinam mechanicam, sed ipsæ quoque principium feminine fermentumque specificum possident, & a communī mutuantur, & propagant suis in ventriculis, loculis, & porulis. Nec minus hinc in animalibus diabolorum expecta elaborantur & separantur, & obvixit in laboratoriis viscerum, reuera in assumptis praesentia, & bonam vel maximam partem hinc excreta salia.

Quin & aqua marina absorpta in vorticibus suis, per poros terræ colata, dulcedinem recipit suam, achinc inde affigit salium scutaram, & duices in mare feruntur perpetuo circulo, ubiuis facta distributione, & applicatione congrua & conuenienti.

Quando hinc naturæ consulti salia ex aquæ & terræ coniunctio deriuant arcessuntque, non alia id ratione fuerit intelligendum, quam laudata hac nostra, secus enim parum lucis inde resultauerit. Sufficerit hinc repetere, salsa gaudere sale medio, commune quidem sal acido plurimo, & exiguo volatili alcalico, seu ammoniacali potius, cuius prouentus in floribus, ultima ignis tortura destillato spirita, in collo retorta sensibus patet, successius colligendis. Modum addit sulphuris

DE S A L S O R V M NATVR A, I V S V ET A D V S V.

15

phur inodice temperatum, leniter plicatile, & terrea ipsa basis socia, separata maxime & ad sensum omnino parte aquae, excepta, quantum ad consistentiam & miscelam opus est.

In nitro vero plus acidi volatilis est, plus etiam respectiue alcali fixi, cum sulphure volatili lucido intermedio, non sine terreis moleculis, tanquam materia prima. In sale ammoniaco alcali abundat plurimum, idque volatile vinosum, ligatum ab acido pauciori, cum sulphure puro tenuissimo. In alcalibus, seu lixiuosis potius, ex incineratione producuntur, partes alcalicae fixae cum terreis predominantur, exclusis acidis, paucis quoque sulphureis fixioribus in gremium illorum receptis, & ab igne sic defensis, exemplo salis tartarici & cinerum clauellatorum, aliorumque.

Hoc pacto concipere possumus, ut videtur, satis comode notionem & mechanicam salsorum, praeter communia illis cum acidis aliisque. Facile etiam inde efficitur, in quibus particulae salinae eminent, praeter terreis, vel partiores, subtiliores, respectiue etiam grossiores sunt, magis vel minus habere acrimonias, & aliud praeter alio hinc eligi. Adde, nec nudas aliquas esse qualitates, sed gustabiles & tactiles ita configuratas, ut organum gustatus proprium, & commune tactus, quamvis diuerso gradu & mansione, afficerentur.

Quamobrem etiam affectiones & phænomena quædam alia comitantia salsa & signantia, vel signata illustrantur, libare operæ fuerit pretium. Sic.

I. *Salsa sulphur seorsim sub se condens, & iunctum habent.* Testatur id aqua marina, quæ noctu concusso fluctuum scintillas de se spargit, quæ ad incendia nauium extinguenda tantum abest ut impendi & diffundi queat utiliter, ut potius flammarum augeat, & promoueat magis. Testatur idem odor etiam in salinis, late diffusus per vicinum aerem,

aerem, oua cocta in illarum muria flauo colore tincta; testatur oleum salis flauum, & aliquando viridescens paulo, imo spiritus salis striatus, quæ striæ oleofisis seu ramosis debentur particulis, fluorem simul indeptis. Demonstrat *syzygion* sua idem tinctura & arcanum tartari, e sale eiusdem parata; confirmat spiritus nitri cum fulgore rutilans, indeque paratus cum creta phosphorus æthereus; color item cœrulescens cinerum clauellatorum, sal ammonia, cum cum bolo alba propulsum ex retorta, ubi colorem flauescentem induit, & plura alia phænomena his congrua.

2. *Salsa inuerti possunt*, ac enervari, ut *muco* insipida evadant ac inertia. Pollent salsa ac salsa hinc oriunda & dicta suis solubilibus & acuminatis quoque simul particulis, quibus saporem præstant & efficiunt; his vero obtusis & solubilitas & sapor omnis perit, vt eo exui possint, & exuta plane reddantur & sint *anala*, *insulæ*, sine sale. Vel solus ignis, destructor principiorum illorum, ad hoc experimentum sufficit, si crebrius euaporentur, soluantur iterum, iterumque euaporentur. Valet id de alcalibus quoque, eodem pacto tractatis, vt tandem penitus atque penitus vertantur in primam suam materiam, terram, inquam, ex qua ortum suum agnoscebant salsa, fœtus terra. Tacemus nitrum quoque in sua elementa dirimi facile posse, vt aufugiat sulphur & acidum volatile, in fundo remaneat sal alcalicum. Adeoque

3. *Salsa partibus terreis pollent*, & sulphureis, certa proportione & modulo, ab utriusque modificata. Ut hinc distingui possint non modo a dulcibus, in primis saccharo, quod affinitatem non exiguum habet cum salibus essentialibus, ab amaris, ab acidis, ab oleofisis, aliisque saporibus quibusunque; verum etiam a congeneribus, sal commune a nitro, a sale ammoniaco, ab alcalibus. Ex quo efficitur, quam accuratus in distinguendis etiam hisce minutis sit sensus gustatus,

status, & quam subtili mechanica etiam sapida, & ex his non infima salsa, gaudeant.

4. *Salsa miscentur amicabiliter cum acidis, & alcalibus, alcalia vero cum acidis effervescent.* Miscentur & coeunt, admissa, si non vt similia, attamen vt neutra & media. Sic sal commune, ammoniacum, nitrum, miscentur cum aceto simplici, & destillato, cum spiritu salis, vitrioli, nitri; quin eadem acida acuunt, roborantque magis, exemplo aquæ regiæ, vt spicula reddantur magis rigida, ac rosiua, & ingressum inueniant prius denegatum, exemplo solutionum auri. Illud vero alcalibus non datum est, quæ acidis sunt e diametro contraria, imo hostica potius, vt hæc illis quoque, in conflictum venientia, si coeant, separata, & sine intermedio sulphuris vinculo, vt hoc illigata etiam in ipsis salis combinata visuntur.

5. *Salia non agunt nisi soluta.* Est quidem hæc generalis regula, & ad omnia salia, & sulphura quoque ipsa, ac specialia determinate agentia alia, vt purgantia, applicanda; seorsim vero de salis quoque valet. Non agunt, vel gustatum afficiunt, in limine statim assumpta, nisi soluta explicent & diffundant suas duxies & aereas, in villis linguis nerueis. Et promptissime ac efficaciter agunt, quandoquidem prompte soluuntur. Hinc in assumendis salibus commodum est, prius illa in vehiculo debito soluere, vt in febribus, & alias. Nec agunt aliis casibus, etiam per mechanicam, extra corpus & in corpore, externe & interne, nisi diducta & soluta, seu extraneo liquore, seu proprio ipsius corporis.

6. *Salia, in primis salsa & sub his militantia alcalia, solun-*
tur opime aquæ. Hæc enim facilime in poros illorum adiutum fortiuntur, eademque in suos invitant & recipiunt. Et sane salsa adeo passiuæ se habent, vt consistentiam suam perdant, vel abscondant in aqueis, & vicissim sunt velut,

C

magnes

18 DISSERTATIO MEDICA

magnes humidi aerei. Vtroque nomine defendenda sunt ab aere, præsertim humido, vt solidam formam retineant; si secus fiat, in deliquium abeunt, liquantur, & pristinam consistentiam cum liquida permutant. Idem quoque fit in corpore, vbi prompte concedunt in lympham salsa, & in ore statim, intime soluta, & in corpore reliquo, evidenter vero in vrina. Firmiora inter hæc sunt ammoniacalia, respectiue, hinc & nitrosa, facilius soluuntur salsa, *καὶ ἐξοχῶς*, vt sal commune, omnium facilissime vero alcalia, præterquam magis terrea & crystallisata.

7. *Salia liquefunt in humido, concrescunt in sicco, funduntur in igne.* Fluit hoc ex dictis: quamvis enim terram habeant pro fundamento consistentiam suæ solidæ, illa enim est primum siccum; est tamen ita pauca, porosa, ducta & tenuata, vt mox in aqua soluat, & dispareat, sensus quasi fugiens. Salia enim, & salsa quoque hinc, illam in fluorem talem redigunt, vt sicut cera ad ignem, ita hæc liquefacit in aquo. Hoc vero iterum abacto, eucto & euaporato, per ignem, vel calorem solarem, redduntur sibi particulae, & maximam partem sicca forma, vel crystallina, pro euaporandi gradu & modo diuerso, iterum concrescunt, illic spiculis confusis, hic distincte & ordinate locatis magis. Videas etiam fluorem genuinum indepta, & salsa in spiritum acidum sic versa, iterum concrescere in dicto *ἀνθεψ* oleo, v. g. salis. Habent tamen & olea per deliquium, & lixiuia alia, vt nitri quoque ipsius, aliquid in se tandem minus coagulabile, ob sulphuris præsentiam & concentrationem maiorem.

8. *Salsa non putrefunt, vel corrupuntur facile, nec gelascunt saturata.* Τὸ αἷμα ἐγγένεια τὸν σάρκαν, *salsum nullam putredinem, nullam alterationem recipere posset.* Non putrefunt, quia magis homogenea sibi, nec sulphur vel plurimum habent, vel, quod possident, *καὶ* que resolui patiuntur.

tur. Non corrumpuntur, quin corruptioni etiam suo loco aduersantur; modo prædominium obtineant. Non gelantur etiam, licet id cum grano salis sit intelligendum. Enim uero videmus & plantas sale volatili scatas non minus hyemale frigus sustinere, exemplo nasturtii hyberni, quam sulphuris balsamo ab eodem defensas & tutas. Nec mare magis salsum glaciatur, quod tamen de mari boreali & glaciali hinc dicto minus valet, quin quoad superficiem vel integros montes quasi illic glaciei congestos videoas. Vicissim nitrum glaciei fabricæ plurimum obstetricatur; satis est salsa fluida, saturata & concentrata esse exemplo, seu alcalia, seu media & proprie dicta, seu volatilia, seu fixa, vt ipsa quoque acida; in hæc enim aeris illa stricturna ius non inuenit.

9. *Salsa omnia habent etiam in se acrimoniam, sed medium, intendi ramen magis aptam natam.* Commune id est phænonomenon omnium salium, quod particulas habeant pungentes quoque & acres, sed salsa minus eminentes, ob aciditas & alcalicas particulas magis sese etiam in hoc librantes, quod de sale communi, & aliis verum est præcipue, ob particulas alias interstinctas, & illas modificantes. Hinc accepta sunt salsa saporis, & ori grata, quod sali communis περιτος & principaliter competit, quod de alcalibus & aliis minus valet. Hinc acui possunt, vt & acria magis & corrosiva euadant, siue acidum separatum concentretur, vt inspiribus acidis, seu concumulentur magis spicula, vt calcis viuæ additione acuitur lixiuum saponiorum, ne alia repetamus.

10. *Salsa emissam & ponderosam magis reddunt tam aquam, quam mixtu quoque.* Tò αλυνεσθ βαγύ Φύση, salsum natura ponderosum, quia poros vacuos liquidorum intime opplet, densatque & excludit quasi. Leuiores aquæ fluuiatiles præ marina, vel salsa alia quacunque; hinc naues ex mari in-

Albim vestræ aliud spatiū in demergendo occupant, quam ex hoc in illud. Hinc libellæ seu instrumenta ex ligno, succino, vel vitro potius ipso, ad probandum aquarum pondus, idem ad oculum demonstrant. Hinc viriæ pondus, iam a Coo memoratum, in salis copia agnoscit fundatum, vel sola experti manu estimandum.

11. *Salsa stim causant, sedant nitroſa citatam.* Prius in quotidiana vita & experientia verissimum est, nam a salitis, halecibus comeditis, aliisque similibus, stimulus ab bibendum additur, lympha in ventriculo partim ficcata quasi, partim inæquali, & amice tamen, reddita, vnde sensus archei seu naturæ ad diluendum illud invitat, & potum suggeri desiderat. Nitroſa vero, cum in iis acidum præcipuas partes teneat, dilatant & exæquant magis poros, vt salsa proprie talia aliquatenus corrugant, vnde refrigerant quoque, & calorem contemperant. Medio modo se gerunt, alcalia, utraque minori respectiue dosi assumi solita, si ad salsa salina seu muriatica fiat comparatio.

12. Εν μὲν τοῖς ἀλλοις ἡ μίξεως οὐ φέσει, ἐν ἀλλοις ὁμοτεχνία ἡ φαρμάκευσις ἡ χωριστική. Aliorum generatio ex mixtione, aliorum ex ablitione & secretione. Liceat hoc ad salium φέσεων applicare, vt res ipsa exposcit. Mirum enim est, quomodo in hoc consentiant cum Chimicis Philosophi summi ac primates, Plato, Aristoteles & Theophrastus, imo cum natura ipsa. Enimvero, quod superioribus addi, vel inde repeti meretur, alia salia sunt concreta, per se & cum aliis principiis constitutiis materialibus, alia sunt separata. Concreta ipsa sibi relicta laudari queunt sal commune, nitrum, & ipsa salsa in mixtis extantia: separata vel via humida, vel fissa, vt alcalia.

Minus enim alio modo hæc per ignem emergentia dici possunt ac debent commode, quam per Alexeion, euocatis & destructis aqueis, sulphureis, volatilebus, mercurialibus,

libus, destructa sic integra compage, vnde e cineribus aquea affusa deriuant in se illas particulas solubiles, quas salia alcalia vocamus. Hæc ipsa hypothesis maiestati diuinæ longe conuenientior, & ad philosophandum longe aptior est, quam alia quæcumque.

Neque enim alcalia poterant æque vel debebant nuda haberi, facilime sic annihilanda, nec ferentia aeris iniurias, nedum aquæ, vnde defensoribus aliis opus habebant. Neque tamen hinc neganda, quod nulla penitus dentura natura, cum ante oculos sint sola evaporatione demonstranda alcalia fixa in thermis Carolinis, volatilia vero cum igne & citra ignem, in plantis, in sale ammoniaco nativo, ex urina ipsa obtinenda.

Vt vero plura alia hoc referri possent, si singula specialius excutere esset animus, ita illud saltim addemus: 13. quod salia asperant, nec sunt inflammabilia; oleis & oleosis in hoc contraria. Asperant, quia particulas habent magis inæquales & acuminatas, quamvis non adeo rigidas, acres & acutas; vnde oleorum quidem nomine *angues* veniunt communiter, reuera tamen distinctas plane ab illis obtinent virtutes. Adde nec *Phlogistæ* sunt, eo ipso quoque ab oleosis, sulphureis, proprie dictis, distinctæ. Hinc quamvis in nitro insit aliiquid sulphurei, *Phlogistæ*, ipsum tamen in se revera non est inflammabile, sensu teste. Neque enim candelæ accensa admotum ardet, discontinuazione vero & absorptione accidente, vt carbonibus, vel sale ammoniaco, mox ignem concipere ambabus largiendum est manibus, ipsum vero sal commune igni immisum *Exstinctio* exilis & crepitat; ob partes aqueas admixtas ægre dimissas, vnde decrepitatum quoque in usum venit. Alcalia vero fixa ignem ferunt. Et hæc de origine & phænomenis salsorum pro nostro scopo sufficiant.

C 3 CAPVT

CAPVT II.

DE

Salsorum vsu.

Ole & sale, necessario elemento, vt *Plinius* vocat, nihil utilius esse, vulgata est parsimia. Ea vero ut latius longe patet, ita ad salsa accommodari omni iure potest. Salsa δύναμις ἔχει ποιῶσι πολύχρηστον, vires habent in genere plurimi usu. Salsa sunt utilissima pro usu medico, tamquam praecipuo, culinario & mechanico, quem lustrare hinc & laudare iam aggredimur. Vix melius hoc poterimus praestare, quam si artis proceres sequamur primos, per tot secula comprobante asserta eorundem experientia, & seorsim, *Coum*, *Pergamenum*, *Dioscoridem*, neglectos vulgo & vix inspectos, licet hereditatem nobis legauerint amplissimam.

Primus usus assignari potest iuxta primarum qualitatum actiuarum ordinem, calefaciens. Τὰ αἱλιαὶ θεραπεῖν τέ φυκες, *Salsa calefacere* solent, elogio Hippocratis l. 2. de diet. c. 33. t. 3. Calefaciunt, quia spiritus motores & sanguinis balsamum non refrenant, sed potius in motum citant etiam suo modo. Calefaciunt interius assumpta, secus ac nitrosa, hac in parte exempta, & refrigerantia potius, quia sulphur raresfactum deprimit & difficit magis. Calefaciunt exterius, si cuti intertriginosa indantur, ob mortificationem, seu aperitudinem particularum inaequalium, alia tamen magis, alia minus: id quod ipsis quoque nitrofis & acidis est commune. Et hac etiam calefaciendi virtute, temperatiora quam amaricantia, se non uno usu speciali commandant, seu ut alimentosa astimentur, seu medicamentosa seorsim, ut calori & fermento ventriculi sal commune fauet, de quo mox. Referri huc potest illud *Plinii* l. 31. N. H. c. 9. salis naturam per se igneam esse.

2. *Salsa siccant*; non solum ob actiuam prædominantem

DE SALSORVM NATVRÆ, VSV ET ABVSV.

23

tem qualitatem, sed etiam sua natura. Siccant actu, in fido magis sibi relicta, actuali calore in primis sociata, in fluido prompte solubilia, idque imbibentia facile. Siccant potentia, exacuentia lympham, seu humidum vitale, sanguinem & serum. Hinc salitæ carnes plus siccant, quam recentes, teste Galeno l.5. de sanit. tuend. c. 8. qui & 4. apor. comm. 13. cibos hunc etantes recte vocat, inter alia, non salsos. Hinc siccant itidem non minus externe, quam interne, quod sub aliis comitatis præstant viribus, etiam ipsa simul actu humida.

3. *Salsa vim habent sumpniorum te και συμπτυχιων, adstringendi & abstergendi.* Notanter hæc coniunguntur, ut modus utriusque, seu medium clareat intimius, q. d. adstringendo abstergunt, & abstergendo adstringunt. Enim uero salsa non sunt pure & absolute styptica, sed secundum quid, & comitate, in sensu magis composito, quam diuisio, sumpniorum τη αμυδερον, adstringens quid leue & vix apparet præ se ferentia. Adeoque salsa simili sunt fibras v. g. roborantis, quotentis siccant, & certis sic castibus, nominatim quando simili abstergendum est, ut in affectibus ventriculi pituitosis, in vomitu, in scabie, & sic porro. Συμπτυχιων abstergsua vis hodie eleganter audit saponaria; salsa eliuunt, abstergunt pituitosas sordes, intestina. Abstergunt vulnera, & roborant, experimento vulgato, recenti vulneri imponendo panem masticatum, cum sale & tela aranearum. Abstergunt eadem via humida, ut eliuuntur ομεγας cum vrina vulnera. Abstergunt vlcera & roborant, exemplo laudatissima aquæ calcis viuæ, simplicis & mercurialis, venerea & alia.

4. *Salsa sunt δοναγεινα, expurgantia, in genere & specie.* In genere expurgant abstergsua sua virtute, quæ coiere, quæ collecta sunt, & exterminanda in hac vel illa parte, excrescentias, humidas, laxas, luxuriantes carnes; in specie vero τη αλυνει δισκωρειδ, salsa secundunt, verbis Coris l. de

l. de affect. c. 49. t. 7. seu, ut alibi loquitur, τὰ ἀλυρέα ζεῦς
χαρηπιά, ἐστι τὸν τοιότων ταλεῖσθν ἔχεστι, *salsa* aluum subducunt,
Et quicunque horum talium plurimum habent, *l. de loc. in bom. c. 56.*

t. 1. Et faciunt id οὐτεκῶς leniter, blande.

Præstant id ex alimentosis oleracea omnia, aluum laxantia, & idem beneficii quoque simul habet sal commune: ex medicamentosis reliqua, qualia quidem sunt omnia ex singulis ordinibus. Sic tinctoria tartari hoc nomine aliud segnitiem corrigit, sic tartarus resolutus, tartarus vitriolatus, arcanum tartari ipsum huc pertinet. Sic arcanum, duplicatur largiori paulo dosi etiam laxare fortius aluum visum. Sic eadem hæc laudata, & salsa alcalia quoque comode hinc miscentur & propinrantur cum purgantibus.

Stimulant enim salsa & detergunt, vnde & in clysteribus & suppositoriis visitatissime præscribuntur, adeoque adstringentibus propriæ dictis sunt opposita. Sic iamdudum Hippocrates pro crassioribus & humidioribus commendat αλυρόπεδη καταπλύσματα, clysteres salpores *l. de Salubri diet. c. 6. t. 1.* Sic nitrum antimoniatum, sal commune, borax ipsa pro partu facilitando, clysteribus loco stimuli induuntur, ubi id opus est. Imo vel ex ipsa aqua calida & sale communi paratus sæpe aliis omnibus contra aluum expedit contumacem, quo de *Mysichrus in Armament. ch. 1.* legi metetur.

5. Non minus τὰ ἀλυρέα διαγέγενται, salsa sunt diuretica, & per vrinam prompte secedunt. Sal enim est primum diureticum, ac vtroque & alcali & acido fæcum renum elateri addit stimulum, lympham acuit, & fluxilem reddit, vt tanto promptius percoletur per filtrum pororum glandosorum & capillarium lymphaticorum, seu vrinariorum. Neque tamen vel potentius pellunt, vt oleosa calida diuretica, neque solum fluorem conferunt, vt aquæa, sed hogum eyhiculum indepta medium tenent modum, & expediunt

diunt sic naturæ debitum munus. Hinc vrina ipsa salsa suæ excretionem naturalem apparare apta satis est: hinc inischuria, in vrinæ mucilagine, in vesicæ & renum archei torpore, salsa & interius, & in clysteribus applicata, & aliis modis commendantur merito.

Affinis huic est 6. vsus congener & symbolicus, quod salsa vim habent Αρχυπικώ, fundendi & dissipandi, quin & aperiendi ac reserandi. Fundunt lympham torpidam & minus mobilem, vt quietem exuat; fundunt coagula pituitosa, gelatinosa, bilerm viscidam, torpidamque; fundunt humores tartareos in coagula abituros facile. Hinc prouunt, decenter adhibita, in scorbuto, in cachexia, in hydropticis. Valet de his saltis illud Hippocraticum l. de affect. c. 50. §. 15. Τὸ διθερίκα θεραπεύομενα εν τῇ ποιλίῃ, θεραπεύεται τοιχός, καὶ μαστίγιον, καὶ τίκτων Αρχέων τοιχίου παρέχεται. Diuretica in ventre calefacta, calefunt autem cito, & marcescent, & liquefunt, & ob hoc secundum citum exhibent.

Habent vero & vim 7. κατασαλπικώ, cohibendi, reprimendi & sistendi, quod de vsu topico externo magis valet, vnde in psora & scabie abstergentibus miscentur, exscentias in ipsis oculis reprimunt, & pterygia consumunt, prouide adhibita. Cohibent, per dicta, accessione terreorum & aqueorum, vti instar omnium facit aqua calcis viuæ, lapis medicamento sus Crollij, aqua mercurialis dicta; aliquando & cum oleofisi, & vnguinofois ipsis, vti oleum tartari per deliquium cum oleo arillorum sambuci remixtum, in scabie. Cohibent ergo abstergendo & detergendo, cohibent siccando consequenter & corrugando quasi. Neque absolum est, etiam quæ tenuum sunt partium, quæ acria visa, cohibere & reprimere, quod exemplo aceti notum est, pro vsu & statu diuerso. Cohibent pruritum quoque cum eodem oleo & aceto, quæ omnia fusius Dioscorides recenset, quem sequi & mōda nulli dubitamus.

D

Hinc

DISSERTATIO MEDICA

Hinc 8. memorabimus usum & vim iugorum, attenuantem. Non incongrue *Cous τὸ λεπτὸν καὶ ἀλυκέαν*, tenuia & salsa coniungit; reuera enim salsa, qua talia, tenuitate particularum, penetrandi virtute pollut. Et alibi οἰ[@ειχοι], ait, Ξηράίσθαι καὶ ιχναίσθαι, salmenta siccant & attenuant, l. r. de diet. c. 19. t. 30. Attenuant, quia fundunt, & disiiciunt partes coagulabiles, vt easdem in compingendo cum terreis & grossioribus iuvant. Attenuant interne, vnde obesitati auertendæ & suo loco velificantur, statui oleoso sanguinis & lymphæ disiiciendo apta. Notauit hanc virtutem diureticorum fusoriam non solum *Helmontius*, sed etiam *Theophrastus Eretius*, qui refert ab helleboro albo inter vites nato vinum adeo reddi diureticum, vt omnino, qui bibant, graciles reddantur, l. g. *Hist. Pl.* c. n. p. m. 181. Ex eodem etiam charætere illustratur vis iam laudata fusoria, siue vt signum, siue vt causa consideretur. Idem etiam valet de viu externo, quem alio simili obsignabimus. Enim uero Salsa 9. digerunt, dissipant, paregorica sunt. Digerunt & dissipant subsistentes, collectos & tendentes humores, digerunt & resoluunt. Quis nescit, sal commune, etiam solum, in sacculos reconditum & calefactum digerere & dissipare dolores tonsillarum, dolores dentium inchoantes, & desinentes? Sacculus paregoricus *Unicus*, nullibi non habendus ex tempore, laudari meretur ex floribus chamomillæ, semine lini, carui, fufuribus, & sale communi, facile accessione plurium ingredientium roborandus; siue solus calide administretur, cum interpunctione, repetendo sicco futo; siue præmisso & socio oleo paregorico, non minus insigni, ex oleo hyoscyami vero, expreſſo, limpido, petroleo albo, anisi, carui, iuniperi. Sal omnibus pondus addit suo loco, in doloribus pleuriticis, ventriculi, abdominis, lumborum, colicis, nephriticis, hysterics, hydropicis, scorbuticis,

Hinc

Hinc & lac prohibent salsa, elogio Galeni, & vel solum sal commune cum salvia & croco præbet amuletum compendiosum, digerendi, resoluendi & attenuandi virtute. Hinc vrina, Helmontiano experimento, dolores arthriticos & podagricos solatur, vel eius potius loco spiritus salis ammoniaci vrinosus volatilis, lumbricorum, cornu cerui, per se, & cum spiritu cochleariæ, formicarum, aliisque mixtus.

Tacemus tumores glandularum alios, qui nisi hoc pateto tractentur, sæpen numero in scirrum degenerant, diuturnum & rebelle malum, & ægro & medico molestissimum. Mittimus nitrum anodynum, temperandi & fundendi virtute in doloribus capitum, loco epithematis cum aliis applicatum, commodissimum; imo & forma sicca, in hemicrania & alias, non incongrue & sine successu applicatum. Sic & plantis pedum tumentibus applicantur epithemata sicca, & vuida, cum sale communi remiscendo summitates absinthii, & vinum, ne vulgatissimum frontale, ex baccis iuniperi, medulla panis, sale communi, semine carui, memoremus, in doloribus capitum solenniter approbatum.

Seorsim etiam dissipant & reprimunt in ambustis primi gradus, ad tollendum *εμπύρια*, ab igne actuali externo illatum, quin & a frigore in pernionibus eiusdem commatis. Apponitur eo nomine utiliter sal tam solum, quam cum cepsis contusis remixtum, vnde *σίδης* dimouetur, & animantur fibrillæ ad promouendum circulum, defendantur eadem, ne obstruant pori, & spicula infixa sic eneruantur.

Hæc vt recepta satis sunt, ita io. *salsa putredini* resistunt, quandoquidem aqueas particulas absorbent, vigorant, sulphur balsamicum defendant, resolutionem auertunt, siccant, & aerem corruptorem non admittunt. Condiunt uno verbo, & actiuitate sua tutantur principia mixtorum. Speciatim hoc pertinent muriata quævis, quæ partim aptantur magis ad usum, macerantur, & fermentationem subeunt

utilem; partim conseruantur, quod exemplo vegetabilium fructuumque variorum, brassicæ muriatæ, cucumerum, cùlinis familiarissimum est, & animalium, exemplo carnium muriatarum, & piscium. Vtrobuius subeunt poros salsa, & interstingunt quasi, ne concipi corruptelâ queat, facta simul compressione, & accessus aeris externi prohibitione.

Notabile hoc loco est de nitro, quod, in condituras partem veniens, carnes non albidas, ut communiter fit a sale, culinario, sed eleganter rubellas reddit, quod particularum salinarum tum inter se, tum cum sulphureis & subiecti condientis, & obiecti condiendi mixtura debetur. Plures enim obtinet sulphureas, plures alcalicas, ceteras modificantes, quæ minus obtundunt sulphureas γλυκός carnium miculas, sed exaltant potius. His vero saltis elutriatis aptantur hinc per coctionem magis, conseruatæ in sua integritate, ut recentes magis æmulentur.

Neque hæc condiendi vis etiam aliis saltis deneganda est, (ut taceamus & acida id præstare suo loco), sed alio, quam alimentario fine: neque enim alia, præter sal commune, illi apta sunt, seu gratiam spectes, seu usum & miscellæ rationem. Videas hinc cum lixiuio saponiorum, vel aliis emolliitos pisces arefactos noxios fuisse in esu, & morbos citasse. Quin ipsa aqua calcis viuæ acquirit a sale alcalino terreo vim conserandi secum recondita quoque.

Si tamen fateri volumus quod res est, salsa putredini resistunt quidem non leviter, attamen ob qualitates quasdam socias, acredinem in primis & diffundi facilitatem, non nisi incomplete, & imperfekte id præstant. Hinc condire quidem, si ita distinguere licet, minus balsamare, mumisare, & sic complete illibata seruare ac queri concredi ta sibi norunt eadem. Id enim proprium potius est vni soli sulphuri balsamico, molli, fluido, vel sicco quoque. Salsum enim, ipso sapore & ereso teste, δημητικόν, καὶ ξερανθέν.

DE SALSORVM NATVRA, VSV ET ABVSV.

29

*Nov, morticans & siccans est, unde sensim sensimque mace-
rat & concerpit fibrillas, quod contrarium est consistentiæ,
atque hinc balsamatiōni, id quod etiam aliū vsum sug-
gerit delibandum, & quod salsa sint σηπεδόνων ἐΦεκτια,
putredini r̄isstant, cum grano salis est intelligendum. Tem-
porarium id est magis, quam ætatem ferens, magis fere priua-
tive, quam positivæ. Neque reuera hinc corpora defuncta
ita a putrefacto vindicant, vt durent ita per secula.*

*Salsa 11. vim habent quoque ἐχαρωποῦ, aſperan-
tem, roſiuam, vreniem. Ob particulas enim inæquales, hi-
spidas, acres, infiugunt ſe poris fibrillarum cutanearum, ab-
radunt cuticulam, diſcerpunt fibrillas, foluta domēſtico li-
quore, & ipsam vñęwōn particularem, qua penetrarunt, in-
ferunt. Faciunt hoc diuerso gradu, non promiscue, ro-
borata inprimis & vñta, ſeu cuſpidata magis, vt instar
omnium lapis corroſiuus, ex lixiuio ſaponariorū lauda-
to euaporatione confiens, quod conſtituant cineres arbo-
rum, fagi, quercus cùmprimis, & calx viua. Hæc ipsa ve-
ro etiam per ſe id partibus delicatiōribus præstat, vt ocu-
lo iniecta coecitatē intulerit, ex noſtra obſeruatione; i-
pſe etiam ſpiritus ſalis ammoniaci fortior, primus, linguz
ſtatiſ eſcharam inducit, ſeparata cuticula. Vſum hinc
habent in fonticulis excitandis maxime notum, per eſcharam
nigricantem, mediantibus digestiuis hinc ſensim liberan-
dam, donec vlcus fiat medicum, ad deplendum ichorem
morbificum.*

*Salsa 12. diuersa diuersas vires & vſus obtinent. Ampli-
ſimus ſe offert campus, ſi vel de ſale communi, vel de
nitro, de ſale ammoniaco, de ſalibus alcalibus fixis & vo-
latilibus, agere velimus, quorum ſingula ſpecialem merentur
ἐξίγνων, pro noſtro ſcopo non niſi ſtrictioribus cancel-
lis ſalſedine in communi delibanda. Pollent enim & hæc
viribus communibus & propriis, temere inter ſe non con-
fundendis.*

D 3

Sic,

Sic, ut quædam saltim attingamus, sal commune est magis stomachicum, cibis apparandis, condiendisque aptissimum, appetitum inuitans, solidi & humidi, cruditatem arcens, fermentum ventriculi acuens, calorem iuuans, promouens σύνεσιν, θάρσον, seu ipsam potius ingestionem, digestionem, & egestionem. Hinc illud vulgatum: non caput esca bene, quæ datur absque sale. Est sal non solum condimentum, sed & corrigens viscidorum, frigidorum, modo corridentium more detur, nec excedat, vel deficiat. Est aphrodisiacum quoque simul.

Illa vero nec de nitrosis, nec de alcalibus afferere licet. Nitrosa enim ventriculi robur minus respiciunt, & laxant potius, ac refrigerant; alcalia acidum absorbent, in fixiori conuenientia, largiori paulo vsu idem destruentia & eneruantia; vnde minus sunt stomachica, & ipsa tamen utilissima medicamenta, modo recte vtentem inuenerint.

Omittimus hinc usus alias plures, ut quando macerationi, extractioni, solutioni, fermentationi, ebullitionis excessui, & distemperacioni, acidi extinctioni, & liberationi particularum vrinosarum volatilium, in quampluribus operationibus chimicis, cineres, cineres clauellati, sal commune, caput mortuum eiusdem, a spiritu salis residuum, sal tartari, caput mortuum spiritus salis ammoniaci, & alia salsæ essentialia alcalia, superius iam laudata, impendi soleant, alibi latius recensenda.

C A P V T III.

D E

Noxa & Abusu salsorum.

 Vo actiuus medicamentum quoduis, eo magis etiam ut prodesse, ita nocere potest, si excedat, si indebitè usurpetur, citra circumstantiarum, subiecti, morbo-

DE SALSORVM NATVRA, VSU ET ABVSU.
31
morborum, humorum & aliorum considerationem accuratam.

Sic in genere corrigentium & condimentorum minor debet esse quantitas etiam in ciborum classe ; si enim secus fiat, prædominium fortita tantum abest, vt corpori sacerent vsum, vt potius ad morbos disponant non uno modo. Enimuero, vt in ordinem paulo hæc redigamus,

(1.) *Salsa* non iuriunt. "Ατρεφον καὶ ὠσπερ οἰδηπότεν τὸ αἷλμαζέν. *Salsum* nullam alimoniam, nullam quasi generationem præstare potest. Requiritur enim alimentum in qualitate, substantia, & effectu dulce, idque aqueo-sulphureum, exemplo chyli, sanguinis & lymphæ bonæ notæ, aquæ pluviae & fimi, aliorumque. *Salsa* vero quamvis ciborum sint accessoria, ipsiusque chyli euolutioni, & exaltationi veliscentur; debent tamen esse in subdominio, subiugata, refracta & retusa, ac separabilia, tum a priori, in ipsis assumentis, tum a posteriori, in digestis, coctis & alteratis, assimilandis.

Non ergo conueniunt, vbi opus est analepticis, repandus defectus alimenti, in lactis & nutrimenti carentia, vbi opus oris, cibis non salis, hi enim γλιαχέμην sunt contraria. Hinc cum omne olus sit imbecillissima, alimenti materia, facile colligi potest, quid de oleo mari timo falso, halimo, quid de atriplici falso & similibus expectandum sit.

(2.) *Salsa* sunt morbifica; si alterutro modo exuperent in corpore, in massa sanguinea, seu assumptorum culpa, seu viscerum, largius genita, producta, accumulata, in omnibus ventribus, & culinis, in toto corpore facile lœdunt, & morbos cident. Præstant hoc & sibi relicta, Διαχέδην passa, euecta plus iusto, & varie immutata, prout vel acidum vel alcalicum cum illi abundat. Et hic vero cogimur, ob instituti rationem, breues esse, & in thesi quasi accipi.

quiescere. Longum enim foret, sal, ut principium morborum excutere. Satis sit, falsum, nitrosum, muriaticum, ne plura addamus, iamdudum in pathologia Hippocratica celebrata esse, & fundamenta in re habere, totoque die, occurtere in praxi. Ausim dicere, mereri in scholis medicis statuminari cacockymiam falsam, quæ in ulceribus, scabie, ægilope, hydrope, phthisi, hæmoptysi & aliis occurrit, ipsis sensibus. Non possumus tamen, quin seorsim statuamus, aliis missis pluribus, non raro

(3.) *Salsa esse scorbutica*, seu scorbutum etiam suo loco maxime generare, constituere & souere. Sane, si attendamus scorbutum velat in sua sede, circa mare Balticum, quæ assignatur communiter, (quamvis latius pateat omnino, nec tam strictis cancellis contineri amet,) non vna, laudari potest huius rei ratio.

Confert hoc plurimum aer frigidus, crassus, densus, vliginosus, libertate ætheris minus conspicua; laudandæ sunt aquæ falsuginosæ, plus minus, quales etiam alibi sunt lacustres, palustres, & in navigationibus sæpe corruptæ, putridæ, verminosæ; memorandus piscium ehus largior & frequentior, vt & muriatorum, grossiorum, infumatorum, exiccatorum usus; non omittendæ dulcium ad naufragia, fere illecebræ; primas tamen tenent salsa, quæ alterare sanguinem, deturpare lympham, modo figere humores & spiritus, modo citatius mouere consueta, & putrilaginem ipsam lymphæ promouentia.

Hæc omnia vero etiam apud nos & vbiuis locorum in abusum cedere solent, consimili errore diætæ, copia salitorum, & dictorum, pro palati, vel cuiusvis vtendi genio ac consuetudine, per se, vel cum aliis assumi solitorum, vt morbi tartarei potissimum ex hoc fonte capiant suum incrementum, augmentum & complementum.

(4.) *Noctua sunt salsa in temperie & affectibus calidis.* Fa-

cilius

cilius damnum inde sentiunt calidi, quam frigidi. Ponendum enim est in salis quoque, more aliorum, peccari posse in defectu, & excessu. Defectus sufficientis salis ac condituru*p*titam facile generat, viscedine non satis remota, sed in corpus resultante; frequentior vero paulo est excessus. Et hoc itaque l*æ*di possunt & solent magis natura calidi, & lymphabiliostri ac saliori sceti. Notabilis est obseruatio Galeni *l. de viat. rat. in acut. comm. q. t. 3.* nonnullos ob falsamentorum, salarumque carnium, atque aliorum quorundam falsorum vsum immoderatum causo fuisse correptos. Et hinc in tertianis quoque oportet abstinere non solum a melle, & sinapi, sed & salis atque omnibus acribus, teste eodem *l. de art. curat. ad Glauco. c. 9.* Confirmat idem diuinus *Senex l. de viat. Acut. c. 34. t. 15.* in febre ardente, *inquit*, nihil salsa, nec acre exhibeto, neque enim suffereret. Idem valet de inflammationibus quibus-uis grauioribus, pulmonum, vteri, capitinis, oculorum &c.

Nocent potro (5.) salsa siccioribus, seu temperamento nativo, seu ascititio. Nunquam iis excedendum, etiam in sanis, licet non statim noxa praesto sit, & see exerat *ἐπαυταφέως*. Speciatim vero humidioribus, phlegmaticis, obesis, minus obfunt, magis siccioribus, & in genere, vbi sanguis & lympha salfedine iam dum, seu cacochymia salsa, scatent, quia tale aditum tali reddit illud magis tale. Lympha primum est humidum, humido nutritur, quo magis vero salsa sit eadem, eo magis roridam, blandam suam humiditatem exuit perditque. Et haec ratio quoque est marasmi senilis, vigiliarum, strangurix, catarrhorum, tussis, pruritus, scabiei, aliorumque morborum senilium, scatente magis salfedine lympha, & sensim effeta reddit: vnde in his omnibus quoque affectibus salsa caueanda sunt.

Non minus salsa (6.) pectori, thoraci, pulmonibus, eorumque bronchis, aduersa sunt. Cum enim viscus hoc sit aliis omnibus contra aereum, roridum, humidum, & delicatis membraneis versiculis constans, velut spongia follicosa, nullibi fere magis saledo lymphaz tam evidenter officit, quam in hoc eiusdem spi-

DISSE^RTAT^IO MEDICA

raculo, ac cute. Hinc nocent & in sputo cruento, vulneribus pulmonum, teste Coe l. 2. de morb. c. 51. t. 77. & phthisi ipsa, maxime ēnīlū ēs gōua φοιτā ἀλυη, cum ad os salfuginosus humor infuerit. Neque in hoc imitandus idem, qui, siquidem æger sine febre sit, ~~τὰς οὐρανούς~~ ~~ως μελισσα~~ salsa quam maxime commendat, vti nec in eo, quod, licet in principio, helleborum concedat; l. o. c. 46. Ob hanc quoque causam nitrosa in hæmoptysi, vtut alias in hemorrhagiis aliis, febrium & ab intemperie consimili, optima, consultius omittuntur, lympham quippe acuunt, & fluxilem magis reddunt, adeoque ad motum & excretionem citant, vt tussim, ita & ipsum sputum cruentum cum eadem coniunctum.

Vidimus triste tale exemplum abusus salorum. Iuuenis calidi & sicci temperamenti, cum de respiratione non adeo integra & tussicula quereretur, accipit ab Empirico lapidem Butleri, vt hac velut panacea vteretur, lingendo indies. Inde exasperati lymphæ, & fibrillæ membraneæ, tussis augeri, hæmoptysis inferri, vt sollicitatus consertim expueret purum putum sanguinem, vt in phthisin funestam miser incidaret, serius linctum illum intempestiuum deplorans. Par ratio est hec tis, siue & cum phthisi, ac atrophia in genere. Sic & in pleuritide salsa non conueniunt; φυλάσσεται αλυντα, cauere salsa oportet.

Sic potro (7.) in affectibus capitis, & nervorum salsa incongrua sunt, abusu saltim, in epilepsia, doloribus capitis, sternutationibus crebris, mania, motibus conuulsuis & melancholia ipsa, incuria morbo, iuxta Coum l. 2. de morb. c. 70. t. 16. Oculis quoque, (vtut nativa lymphæ falsedo, blandissima illa, ex vasculis lymphaticis in canthos & peripheriam oculorum successive confluentes, visum inuenit, & acuat,) salsa sunt infesta, vtpote acria, & irritantia cum in ophthalmia, tum alias. Idem iudicandum de catarrhis, argumento l. 7. epid. c. 36. t. ii.

Salsa (8.) ubique stimulus ad excretendum refrenandus est, minus locum habent. Sic in vomitu, choleta, diarrhoea, dysenteria, ab iis studio abstinentur. Nec obstat, aquibusdam in dysenteria clysteres ex muria commendari, stimulum enim addunt, potius

DE SALSORVM NATURA, VSV ET ABVSU.

35

potius & abstergunt inconuenienter. Sic, elogio ipsius Hippocratis, vbiunque vrina mordax fieri non debet, ut in fluore muliebri, l. 2. de morb. mul. i. 14. t. 18. in diabete, stranguria, paroxysmis nephriticis, scabie & calculo vesicæ, ulceribus uteri, procurando conceptu & alias, falsa stant post principia. Idem dictum esto de haemorrhagiis, mensibus immodicis, mictu cruento, & similibus, quando non tam alterandus sanguis efferatus & rarefactus nimis, quam fibrillæ, parietes, tonus & elater corroboranda.

Salsa (9.) in salvedine lymphæ intrinseca & extrinseca corrigenda inutilia & hostilia. De internis iam satis egimus, & ad illorum exemplar de similibus idem ferendum est iudicium. Non etiam vulneribus & ulceribus, nisi refracte, siccandi, abstergendi que fine, admittenda sunt. Partibus integris magis conueniunt, quam in unitate vtcunque soluta, imo & in priori casu prouide, præcipue, quando corrondi fine applicantur. Non in intertrigine, cuticula abrasiæ: dolor enim infertur vel intenditur, & inflammatio; non in ambustis secundo gradu, cum intertrigine, cum cuticulæ, nedum cutis, lassione. Triste tale exemplum ante annos non ita multos in vicino pago contigit, ubi cum rusticus in feruidam incidisse cererisiam, cute mirum quantum ab ambustione lœsa, & toto fere corpore, subito quamuis extracto, balneator vocatus, cum legisset, sal culinarium ambustis mederi, inspergi misero sal largiter curat; unde dolorum factibus accensis breui perit.

Non satis vero est salorum noxam adducere, quæ & solo excessu acersi toto die solet, sed malo etiam ac noxio remedium afferre, artis est.²³¹ Quare dictis addendum etiam est

(10.) Salorum remedia sunt βέρεχος, ζέψωντα, rigantia & coquentia. Est & hoc axioma Hippocraticum l. 2. de diat. c. 31. t. 15. Duo sunt hæc corrigentia & iuvantia τὸν ἐγκέφαλον, contraria contrariorum remedia, vnum etiam vulgo notum, alterum subtilioris indaginis. Quis nescit, aquam esse salum diluens probatissimum? diluendo enim disperguntur & diffusa infringuntur

E 2

sali-

36 DISSERT. MEDICA DE SALSORVM NATVRA, VSV. ET ABVSV.
salina spicula , exemplo quotidiano culinatio. Soluuntur aqua salia , & soluta eluuntur. Faciunt huc humectantia quaevis, decocta , potionis , potus ipse sitim v. g. sedans , emulsiōnes & alia , modo determinentur specificē , pro agentis & recipientis , pro circumstantiarum modulo , hoc enim est indicans , indicatio , & indicatum specificū.

Alterum vero expendi meretur salsorum medicamen, coctio. Quia igne fit coctio, tantum abest, ut mitiget & demulcat salia, ut potius efficer magis, tollendo aqueas particulas, evaporando aufugere coactas, unde prima fronte id rei potius contrarium videtur non immerito. Repetendum vero hic, aliud esse ἑψίων, seu πέψιον, aliud πεπαυσμόν. Coctio hæc est duplex, naturæ , & artis : illius absolute, huius restriictè & mediate, seu secundario magis.

Quæ salsa, quæ acidula assumuntur, in coctione illa ventriculi centrali immutantur decenter, & alterantur, dulcedine & mucilagine saliuæ , fermenti ventriculi, saliuæ æmuli , & miscela ac resolutione particularum aliarum aquo - sulphurearum, mediante masticatione, ut dulcescant, nec salsa, nec acida manent.

Et hæc in statu naturali toto die contingunt, quo pacto cocta saltim tolerantur & mitigantur, ne noceant, & exitum hinc suum, per cribra viscerum separata, & cocta ulterius, per vrinam , per sudorem & sic porro inueniant. In præternaturali vero statu coctio hæc fit per attemperantia, per incrassantia, & ad frugem reducentia. Coctione enim immatura quasi maturantur, acria & salsa, quin & acida & amara, dulcescant, exemplo fructuum & aliorum. Dum ergo obtunduntur spicula, comtemporantur acria, mitescant singula, quod tenuibus incrassatis optime fit, vt in catarrhis ad oculum patet, a salibus vero tenuitas & fluxilitas infertur. Coquunt his contraria, sub archei directione, coquunt opiate, sopientia citatos spiritus. Sed satis de hisce.

SOLI DEO GLORIA.

01 A 6512 (A)



f

TA-DO

nur Stück 10 bisher vereinigt
und Stück 39

R 1017

37
38

Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
8
Centimetres

FarbKarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

D. B. V.
ATIO MEDICA
DE
ORVM
VSV ET ABVSV,
MAGNIFICENTISSIMO
PRINCIPTE AC DOMINO
IO HENRICO,
IACI, CLIVIAE AC MONTIVM,
WESTPHALIAE, &c. &c.
PRÆSIDE
VWOLFFGANGO
DELIO,
ARIO in Schwarza/
, COMITE PALATINO CÆSAREO,
ET ARCHIATRO DVCALI
AXONICO,
ESSORE PVBLICO ORDINARIO,
immo obseruantiae & honoris Cultu
us vsque deuenerando,
atrorum ventilationi exposita
LVDOV. WILHELM.
- Hennebergensi,
ITORIO MEDICO,
Horis consuetis,
Nouembris. MDCC II.
is CHRISTOPH. KREBSII.